

- In tertia 1. Reges octo Edomai ex Esau vsq, ad ver. 40.
2. Duces & ducatus vndecim Edomae post reges vsq, ad finem.

PRIMA PARS CAPITIS

De vxoribus, filiis & nepotibus Esau.

- 1 Ista vero sunt generationes Esau: ipse est Edom.
- 2 Esau accepit vxores suas è filiabus Canaan: Adah filiam Aelon Hiuai, & Aholibamah filiam Anah, neptem Sibon Hiuai.
- 3 Et Bosmath filiam Ismael sororem Nebaioth.
- 4 Et Adah peperit Esauo Eliphaz: Bosmath vero peperit Reguel.
- 5 Aholibamah autem peperit Ieus, & Ialam & Chorah. Isti sunt filii Esau, quos pepererunt ei in terra Canaan.
- 6 Accepit vero Esau vxores suas, & filios suos, & filias suas, & omnes animas domus sua, & greges suos, & omnia iumenta sua, & omnem substantiam suam, quam acquisiuerat in terra Canaan, & perrexit in terram aliam à facie Iacob fratris sui.
- 7 Erat enim substantia eorum multa, vt non possent habitare pariter, nec poterat terra peregrinationum eorum tolerare eos propter greges eorum.
- 8 Et habitauit Esau in monte Seir: Esau ipse est Edom.
- 9 Ista ergo sunt generationes Esau patris Edomitarum in monte Seir.
- 10 Ista sunt nomina filiorum Esau, Eliphaz filius Adah vxoris Esau: Reguel filius Bosmath vxoris quoq, eius.
- 11 Fueruntq, filii Eliphaz Theman, Omar, Sepho & Gatham, & Cenaz.
- 12 Porro Thimna erat concubina Eliphaz filii Esau, qua peperit ipsi Eliphaz Amalek. Hi sunt filii Adah vxoris Esau.
- 13 Isti autem sunt filii Reguel: Nahath, Zerah, Sammah, & Mizzah. Hi fuerunt filii Bosmath vxoris Esau.
- 14 Isti vero fuerunt filii Aholibamah filia Anah, neptis Sibon vxoris Esau, qua peperit ipsi Esau: Ieus & Ialam, & Corah.
- 15 Isti sunt duces filiorum Esau. Filii Eliphaz primogeniti Esau: dux Theman, dux Omar, dux Sepho, dux Cenaz.
- 16 Dux Corah, dux Gatham, dux Amalek: Isti sunt inquam duces Eliphaz in terra Edom: Isti sunt filii Adah.
- 17 Isti autem sunt filii Reguel filii Esau: dux Nahath, dux Zera, dux Sammah, dux Mizzah. Isti sunt duces Reguel in terra Edom: Isti inquam sunt filii Bosmath vxoris Esau.
- 18 Hi vero sunt filii Aholibamah vxoris Esau: dux Ieus, dux Ialam, dux Corah. Isti sunt duces ex Aholibamah filia Anah vxore Esau.
- 19 Hi sunt filii Esau, & hi duces eorum, & ipse est Edom.

EXPLANATIO.

1. **I**STÆ VERO SVNT GENERATIONES. Titulus & argumentum capituli: Filiis Iacobi nunc opponit Moses genealogiam Esau, tanquam ampliorem multo & potentiorē, idq; occasione sepulturae Isaac, quam cum Iacob curauerat Esau: Sic supra cap. 25. genealogiæ

A Abrahami opposuit genealogiam Ismaelis. Causæ ex argumento patent.

2. **ESAV ACCEPIT VXORES.** Tres vxores Esau, & ex singulis filii suscepti indicantur quinque: Eliphaz, Reguel, Ieus, Ialam & Corah.

Hic est questio textualis de nominibus vxorum

...parantur hic & ...
...vocat Adah
...dicebatur
...quæ ibi Ichudim
...Abraham filia Anah
...Ismael soror N
...ver. 9. Mahala
...Abiqui volunt,
...qua illis mortu
...Esau: S
...eodem dicitur
...familiaris fuit
...binomiz, sic
...Ideo dicit
...quæ dicit, tre
...dixisse de
...Ismaelis: & filia
...nominetur, tame
...tandem esse, qui
...De secunda, q
...obseruetur, quod
...Sibon: non q
...patres, vt fingun
...Sibon dicitur
...fuit pater An
...differentiæ c
...Sibonis, ab alio
...dicernatur. Hic
...ver. 14. vocatu
...ipse fuit. V
...vocat Hic
...qui populi
...cap. 10
...connebantur: I
...Himæu au
...cap. 14. ver. 6. &
...incolas mo
...ver. 2. & 10
...Abolibam
...Hicru
...Per n
...Esau affinis
...contraxi
...principium
...Abolibam
...filia Anah